



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis**

**Gilbertus <Tornacensis>**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

#### 4 DE OFF. EPISC.

Sum autē inuoco Spiritum sanctū,  
ut mihi inspirare dignetur, ut fide-  
liter & veraciter aperiam eorum,  
de quibus petitis rationem. Scio e-  
nim quamplurimos de officijs eccle-  
siasticis conscripsisse, ut Isidorum  
Amalarium, Robertum, & Bedā,  
Innocentiū, & alios quos mihi plu-  
rimis impeditos non vacauit, vel  
saltem perfunctoriē, videre. Qua-  
re si post tantos patres aliquid scri-  
bo, presumptuosus censeri non de-  
beo. Vos etenim ipse nostis, quod  
cū essem insipiens, vos me coegi-  
stis. sed haec haec tenus. Ut igitur in  
promptu magis appareat, quod di-  
cetur, liminares officij Episcopalis  
titulos proposui, prout in eo quod mi-  
hi dimisistis ordinario, vidi pleni-  
us contineri.

#### CAP. I.

Ad sacer-  
dotale of-  
ficiū spe.

**E**IS qui sacras literas didice-  
runt, & in thesauro memoria  
recon-

TRACTAT. §

recondiderunt, dubium non esse nō  
 dubito, quin ad officium sacerdotale  
 le pertineat benedictio. Unde in Ge-  
 nes. Melchisedech introducitur  
 Sacerdos Dei altissimi, sacerdotem  
 euangelicum præfigurans sine suc-  
 cessione carnali, benedictionem im-  
 partiens Abrahæ de prælio reuer-  
 tenti. Non est autem dubium, quin  
 minister fit sacerdos diuinorū mu-  
 nerum, qui populo impetrat per be-  
 nedictionis suæ ministerium: per  
 ipsos enim sacerdotes Christum in-  
 duimur, Dei filio cōunimur, & mē-  
 bra tanti capitis efficimur, dum be-  
 nedictionis effectum assequimur.

Etat bene  
 dictio: &  
 denota-  
 tur excel-  
 lentia sa-  
 cerdota-  
 lis.  
 Gene. 14.

Quare necesse est eum ita viue-  
 re, quasi iam in cælo consistat, qui  
 cœlestia populis distribuit & mini-  
 strat. Qui enim nobiscum degunt  
 in terris, potestatem habent in cœ-  
 lis, quæ negata est angelis & arch-  
 angelis. Cui enim aliquando dictū

A 7 est

6 DE OFF. EPISC.

est angelorum? Quæcumq; ligaueris  
super terram, erunt ligata & in cœ-  
lis. Habent enim principes mundi  
potestatem aliquam corpora vinci-  
endi solum in terris: habent sacer-  
dotes vinculum potestatum in a-  
nimas, quorum sententia confirma-  
tur in cœlis. Et si ad corpora descen-  
damus, sanitatem impetrat sacerdo-  
tale munus. Infirmatur aliquis ex  
vobis, dicit Iacobus, inducat Pres-  
byteros ecclesie, & orabunt pro eo,  
& cetera quæ sequuntur. Hi sunt  
secretarij domini, socij angelorum,  
principes populorum, per quos spiri-  
tualiter generamur, Christi carne  
reficimur, & sanguine saginamur,  
à peccatis absolvimur, gratia repa-  
ramur, & varijs virtutum muni-  
bus, per eorum benedictiones my-  
sticas adornamur. Quarum alie  
sunt sollemnes: Sollemnes autem  
sunt, quæ sollemniter fiunt: quarum  
quæ-

quæ-

TRACTAT. 7

quædam respiciunt tempora, quædam verò personas, & res personarum, quædam res Sacramentales, ut etiam æterna: quorum exempla patent per capitula supradieta.

Non sollemnes autem sunt, quas ingerit sacerdotes in fine missæ distribuunt, & cum cibos & huiusmodi benedicunt.

CAP. II.

**S**ollemnes ergo benedictiones, De benedictioni-  
 Sad sollemnes pertinent Sacer- b<sup>o</sup> Episco-  
 dotes, scilicet ad Pötifices, quas sol- porū sol-  
 lemner per sollemnes exhibēt di- lēnibus,  
 es, quæ causam & originem nanci- & forma  
 scuntur ex eis quæ in Numeris sic crucis,  
 leguntur. Loquutus est dominus ad perquam  
 Moysen, dicēs: Loquere Aaron & exprimi-  
 filijs eis, sic benedicetis Israël, & di- tur bene-  
 cetis eis. Benedicat tibi Dominus, dictio.  
 & custodiat te: ostendat Domi-  
 nus faciem suā tibi, & misereatur  
 tui.